Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De incarnatione - Cod. Ettenheim-Münster 216

Aubry, J. P.

[S.l.], 1713

Quaestio duodecima

urn:nbn:de:bsz:31-122286

Visual Library

Quaestio duodecima
De Scientia Christi C.
articulus 1mus
An Humanitas Christi intelligat

1. Dari in Christo intellectionem increatam Verbi tam certum est, quam est certum in Christo dari Verbum: quaestio igitur solum esse potest an praeter increatam intellectionem Verbi detur in Christo etiam alia creata intellectio, per quam ipsa etiam humanitas intelligat. an vero ipsa propria carens intellectione intelligat omnia solum per ipsam intellectionem increatam Verbi sibi unitam saltem mediate, hoc est, mediante potestate illius prout volebant olim Ariani et Apollinaristae.

2. Dicendum 1mo praeter intellectionem increatam datur in Christo etiam creata propria humanitatis. ita S. Thom. hic quaest. 9. art. 1mo et omnis aliorum. videtur quae esse definitum a pluribus Conciliis ut videre est apud Suarez disp. 25 sect. 1ma. Ratio est, quia in Christo fuit vere anima rationalis, uti alibi probatum est: ergo etiam creata fuit intellectio creata, alias enim frustra Verbum assumpsisset animam rationalem potentiam intellectualem et praecipua illius potentia fieri debuisset otiosa. deinde in Christo erat etiam volitio creata, uti rursum alibi ostensum est contra Monotheletas. ergo etiam in ipso erat intellectio creata?

299

3. Dicendum 3.º do Chri humanitas tamen intellexit per illustrationem propria creatam, per increatam autem Dei nihil intellexit nec enim potuit intelligere per illam. Ita S. Tho: art. cit. Ratio, quia illustratio tanquam actus vitalis debet ab ipso active procedere tanquam a principio intelligente: illustratio autem increata Dei non procedit active ab humanitate vel anima Chri: ergo per illam non intelligit nec potest intelligere.

4. Obj. 1.º intelligere nihil est aliud, quam sibi habere unitam illustrationem sicut esse album est habere sibi unitam albedinem. ergo cum Chri humanitas habuerit sibi unitam illustrationem increatam Dei per illam intellexit. R. nego ant: intelligere enim non dicit tantum solum receptionem cognitionis seu imaginis repraesentantis objecti sed dicit insuper influxum quemdam eius activum in illam, qualem non exercet Chri humanitas in illustrationem increatam Dei.

5. Obj. 2.º humanitas Chri formaliter subsistit per subsistentiam increatam Dei; et est formaliter sancta per sanctitatem Dei: ergo etiam est intelligens per illustrationem Verbi. R. nego Con: nam neque subsistentia neque sanctitas ex conceptu suo dicit influxum quemdam activum subjecti subsistentis vel sancti in ipsam subsistentiam vel sanctitatem. illustratio vero tanquam actus vitalis importat influxum activum principii intelligentis in ipsam illustrationem.

6. Obj. 3.º illustratio divina neque ab ipso Deo procedit active: ergo ad illustrationem non requiritur, ut active procedat a principio intelligente; alias neque Deus per ipsam intelligeret. R. nego vel distinguo ant. non procedit a Deo active, hoc est per actionem aliquam physicam, Con. procedit a Deo active, hoc est realiter distinctam a Deo Con. non procedit a Deo active, hoc est nequidem per actionem seu operationem metaphysicam, pro intentione nostra, ...

Quod Deus dilectione sua non habeat ab aeterno, sed à se, eandemque eius [illegible] communicat [illegible] nego ant. etc. an humanitas Christi semper habuerit visionem beatificam.

Articulus 2dus

An Humanitas Christi semper habuerit visionem beatificam

Cum inter omnes actiones ex genere suo perfectissima sit visio beata seu intuitiva Dei, et haec humanitati Christi debeatur ob unionem hypostaticam et gratiam sanctificantem, quaeritur hic, an visionem beatam tunc acceperit post mortem ut alii homines, an vero illam iam habuerit antecedenter ac per totam vitam. 1

Dicendum primo Christi humanitas habuit visionem beatam etiam in hac vita. ita S. Thom. quaest. 13 art. 10. et communiter alii eius scholastici, & colligitur ex Scriptura. Cap. 1 Joan. ubi dicitur: Deum nemo vidit unquam: Unigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarravit. Sicut enarravit Deum per humanitatem dum adhuc viveret in terris, ita vidit illum eodem tempore per eandem humanitatem. Joan. 3tio Christus ipse de altissimis mysteriis loquens quod scimus, loquimur et quod vidimus testamur. Joan. 17. volo ut ubi ego sum et illi sint mecum, ut videant claritatem meam quam dedisti mihi, quae et alia huiusmodi a patribus et theologis citantur exponunt de visione beatifica filii secundum humanitatem. Ratio vero est, quia filius Dei naturalis, qualis erat Christus etiam qua homo, decebat, ut videret patrem suum facie ad faciem, et tamquam verus haeres, debebatur haereditas. et humanitati illius plurimum conveniebat, ut intuitive eum videret sua persona ac dignitate illius. nec erat ratio, cur talis visio et haereditatis possessio differretur usque post mortem Christi?

Dicendum 2do Christi humanitas semper habuit visionem beatam etiam in instanti suae creationis. ita S. Tho. quaest. 34 art. 4 et communiter alii. 2

Raô sterû ē, quia si Chrq in hac vita iam hbuit visiônem beatam, n̄ erat cur n̄ hberet illa statim in primo instanti sua scientia maxime cum illa nullo modo pendeat ab sanguine.

10 Obj. imo Luca 22. dicit: Nônne oportuit Christum pati et ita intrare in gloriam suam, ergo ante passionem n̄ dum hbuit gloriam, qua mature gavisus est in visione beatifica. Rdo: Con: ergo Chrq ante passionem n̄ dum hbuit gloriam accidentalem corporis et nominis extra exaltatione, quale dicit Con: n̄ hbuit substantialem gloriam gloriam consistentem in visione et amore beatifico nego.

11 Obj. 2. Gloria corporis naturaliter sequitur gloriam animae, seu beatitudinem illius: ergo cum gloriam corporis n̄ hbuerit ante mortem, nec gloriam animae hbuisse censendus ē. Rdo nego Con: licet enim supposita gloria animae connaturaliter fuisset corpori debita eum gloria corporis tamen hac ultro carere pro nobis voluit, ut scilicet tam per passionem posset mereri ac satisfacere pro nobis posset, et in doloribus et infirmitatibus perferendis pro nobis praeiret exemplo, posset quoque agere familiarius cum hominibus.

12 Obj. 3. si Chrq semper hbuisset visionem beatificam nequaquam potuisset hbere tristitiam, quia beata visio secum trahit maximum gaudium quod n̄ pt simul stare cum tristitia: ergo cum Chrq in hac vita hbuerit tristitiam aliquo enim usque ad mortem, n̄ potuit hbere visionem beatificam. Rdo nego Con. distinguo ant. n̄ potuisset hbere tristitiam connaturaliter Con: absolute nego ant. quamvis gaudium valde magnum, quale resultat ex visione beatifica, connaturaliter excludat tristitiam, n̄ tamen excludit illam absolute, maxime si gaudium et tristitia n̄ versentur circa idem, sed diversa obiecta, sicut hic, ubi gaudium ē de bonis Dei et possessione beatitudinis perfectis, tristitia vero de malis Dei ad tantum opera humanitatis. quare

Quare bene petiit Chrus stante visione beatifica et gaudio inde resultante admittere ex dispensatione aliqua tristitia. art 3. an Chrus per visionem beatam in Vbo viderit oia possibilia aut saltem oia futura

Articulus 3tius

An Christus per visionem beatam In verbo viderit omnia possibilia aut saltem oia futura

Certum est quod Humanitas Chri per visionem beatam viderit 13
ideoque adhuc videat intuitive Deum quoad essentiam, proprietates et attributa primaria et quidem longe perfectius quam alii beati, quamvis nec ipsam viderit aut videat comprehensive, cum omnis creata comprehensio implicat, uti supponitur; dubitandum est, an cognoverit aut cognoscat oia possibilia vel saltem oia absolute futura. 14

Dicendum Imo Absolute Humanitas Chri intuitive ac distincte non vidit nec videt oia possibilia in Verbo, ita cum S. Thoma quaest 10 art 2 communior contra Magistrum, Suarez et quosdam alios. Ratio est, quia talis visio esset comprehensiva saltem comprehensione extensiva tali ut patet; atqui hoc implicat. Minor probatur quia talis comprehensio perfectione sua aequivaleret infinitis cognitionibus realiter inter se distinctis, iisque perfectioribus et perfectioribus in infinitum, quarum una hoc, alia aliud objectum repraesentaret distincte; atqui absolute non est possibilis una cognitio quae perfectione sua aequivaleat infinitis cognitionibus aliis perfectioribus et perfectioribus in infinitum, realiter inter se distinctis et diversa objecta repraesentantibus, ita ut eadem cognitio sic actu contineret per identitatem, quidquid cognitiones illae aliae divisim continerent, cum in tali cognitione vere includeretur infinitas categorematica, qualis enti creato nequit convenire. C.

303

15 Dicendum 2do. Humanitas Christi videt in Verbo omnia praeterita, et praesentia, et ex futuris non solum omnia secreta cordium usque ad diem iudicii, sed et deinceps omnia illa quae non sunt habitura successione sine fine. Ita communis. Ratio quia est possibile, ut haec omnia Christi humanitas videat in Verbo, ergo ea actu videt, cum talis visio proportionata sit Christi dignitati, afferatque plurimum ad ipsius perfectiorem beatitudinem pertineatque ad ipsius statum, tum quatenus est divinus Angelorum gubernator et caput Ecclesiae, tum quatenus est constitutus iudex, remunerator et vindex universorum.

16 Dicendum 3tio. Possibilia humanitas Christi non omnia absolute futura in Deo videt actualiter atque distincte secundum rationes individuales, ita S. Bonaventura. Salas. Ratio est, quia possibilia enim talis cognitio creata implicat obiectum quandam; nam omnia creata absolute futura sunt finita; infinita cognitio saltem de actibus vitalibus beatorum et damnatorum, ad quos cognoscendos actibus realiter distinctis opus esset numero infinitis quibus una talis cognitio aequivalere deberet, quod tamen excedere videtur virtutem illius creatae et finitae; uti enim in una tabella, rem ne actu ac simul exprimerent depicti homines infiniti distincte ac discernibiliter oporteret, ut tabula et pictura esset simpliciter infinita, ita enim ut in ordine illo etiam per unam cognitionem eam ne simul intentionaliter exhiberet et exprimerent distincte et secundum individualem quosque rationem, etiam creata infinita requireretur infinita perfectio in cognitione et capacitas infinita in illo. Dixi autem actualiter, nam habitualiter sit cognoscere sive eorum notitia habet ita in promptu, ut qualibet in particulari et quamlibet eorum multitudinem finitam possit quoties voluerit actu cognoscere.

Obji imo Opera eius . . . ad Colloceases [illegible] dicitur in quo sunt oes thesauri sapientiae et scientiae qui cognoscit oia possibilia. 17.
Rx istud verificari sufficienter per hoc, quod Christus ratione divinitatis et cognitione increata cognoverit oia quanquam etiam sedum oia . . . Dei cognovisse oia, quae ipse ad ipsum specialiter pertinebant, et quorum capacitas erat huius [illegible].

Obji 2do Si Humanitas Christi non cognoscit oia possibilia, ignorat aliquid imo infinita, atque adeo est ignorantia, hoc est absurdum. Rx negando majorem. Est ignorantia mere negativa seu exclusione scientiae ipsi indebitae et cuius ipsa non erat capax conc[edo], ignorantia privativa seu exclusiva scientiae ipsi debitae nego. 18.

Obji 3tio. Beati caeteri vident in verbo [illegible] quaecunque spectant ad singulorum statum, ergo et Christus qua a humanitate spectant ad singulorum statum; atqui ad eius statum ac anexita videt ea in verbo quae pertinent ad eius statum, ad quem vero pertinent oia futura, cum sit ipse caput Rector Judex Remunerator et vindex universorum. Rx Ideo conc[edo] videt oia quo ad fieri sit stante finita eius capacitate illius huius conc[edo] ultra hanc nego conc[edo]. 19

Articulus 4tus

An Christi Humanitas habuerit scientia Infusa et qualium obiectorum.

Scientia infusa est habitus cognoscitivus, qui non acquiritur per actus praecedentes cognoscentis. 20

Dividi solet in Scientia infusa per se et per accidens; infusa per se absolute non potest acquiri per actus cognoscentis, qualis est scientia quaedam Angelorum et animae separatae. Infusa per accidens est absolute acquiri per actus praecedentes, hic etiam tamen iadeo [illegible] aliquis per gratiam specialem a Deo infunditur, qualiter Adamo et Salomoni fuit infusa scientia rerum etiam naturalium.

21 Dicendum 1mo Humanitas Chri habuit scientiam infusam tum habitualem tum actualem ita cum S. Thoma quaest. 9 art. 3. Communior contra Alensem et alios. Ratio est quia scientiam illam habere, atque ut illam haberet pertinere videtur ad perfectionem ejusdem, quod illa Xti est enim absoluti principium, nulla a Christi negandam esse scientiam ac perfectionem cujus ille sit capax, quae simul sit compossibilis cum statu merendi et fine incarnationis. Confirmatur. Angeli praeter cognitionem rerum, quam habent in Verbo, quaeque ab claritate matutina appellatur, habent etiam scientiam infusam, quae quia minus clara est, vespertina dicitur, uti cum S. Augustino Communis Theologorum admittit. Ergo multo magis illam etiam habuit humanitas Christi.

22. Dicendum 2do Christi Humanitas per scientiam infusam neque possibilia omnia simul et semel cognovit actu et distincte, neque futura omnia, quae habitura sunt successionem sine fine. Ratio utriusque est, quia talis cognitio actualis atque distincta infinitorum ejusmodi terminorum repugnat limitatae perfectioni cujuslibet creati.

23. Dicendum 3o Christus tamen per illam cognoscit actu et distincte omnia praeterita, praesentia, futura, quae non habebunt successionem sine fine. Ratio est, quia scientia infusa horum omnium nullam dicit repugnantiam, et aliunde magis facit ad perfectionem humanitatis Christi.

24 Obj. imo quidquid Christus cognoscit per scientiam infusam multo perfectius cognoscit per visionem beatificam, ergo praeter hanc non datur in Christo scientia infusa utpote superflua. Resp. nego Cons. dato enim quod Christus per visionem beatam cognoscat quidquid cognoscit per scientiam infusam, et quidem modo perfectiore, tamen per scientiam infusam cognoscit illa alio novo modo, quia per scientiam beatificam cognoscit illa in alio tantum et indirecte: per scientiam vero infusam directe et in se ipsis, qui modus cognoscendi etiam est perfectionalis, et quamvis prior cognitio perfectior sit quam posterior adhuc tamen perfectius est complexum, quam una earum solitarie.

Dices ex dicto apli in 1a ad Corinth: 13 Cum venerit, quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est seu imperfectum: cognitio autem creaturarum in Deo perfecta est, et cognitio illarum in seipsis est ex parte seu imperfecta, ergo illa praesente haec non habet locum. Resp. dist. Maj. evacuabitur id quod ex parte est seu imperfectum imperfectione dedecente statum beati Con: imperfectione quacunque decente minorem perfectionem quam qualis datur in visione beatifica nego Maj. 25.

Obj. 2o Deus cum videt creaturas in seipso non simul videt eas etiam in seipsis, ergo neque beatus. Resp. dist. Ant. a multis negari. Ita 26

in seipsis, ergo neque beatus. Verum: antecedens nego Cons. disparitas est quia cognitio qua Deus cognoscit creaturas in seipso est comprehensiva Dei et infinite perfecta ideoque formaliter vel eminenter continet omnem perfectionem cujuscunque alterius cognitionis et cognoscibilitatem cujuscunque objecti plene exhaurit, quod non convenit visioni beatificae qua habet anima humanitas; unde mirum non est, si cognitio qua Deus creaturas videt in seipso, non simul stet cum cognitione earundem in seipsis.

Obj. 3o Fides non stat cum visione beata, quia haec est perfectior cognitio quam illa: ergo ob eandem rationem nec scientia infusa cognitio quam illa: stet cum illa conjungi. Resp. nego ant. quoad causalem propositionem, fides non stat cum visione beatifica addita; quod etiam in praesenti providentia non stet cum visione beatifica ratio non est quia haec est perfectior cognitio quam fides, sed quia beatis nihil amplius cognoscitur obscure. Si vero in se loquendo admittitur aliquid obscure, posset ex dicto multos absolute fidem conjungi cum visione Dei. 27

Obj. 4o Omnis scientia per se infusa non est dependens a phantasmatibus, quia per illam cognoscuntur res in seipsis, quae per phantasmata taliter cognosci non possunt ut substantiae separatae. Resp. Christus ante suam mortem praeter visionem beatificam non habuit scientiam aliquam cujus usus esset independens a phantasmate, quia anima juncta corpori non intelligit nisi per conversionem ad phantasmata: ergo. 28

Christus ante passionem etiam gaudebat visione beata et scientia infusa? R. nego Minorem ad probationem dico vera illa esse de actibus, qui proprie et expresse viatoris, non vero illi quicunque comprehensor qualis erat Christus enim ante passionem, ut enim Sanctus Thomas docet quaest. 11. art. 2. ex hoc anima viatoris indiget ad phantasmata convertitur quia corpori obligata et quodammodo ei subiecta, et ab eo dependens, unde cum e contrario anima comprehensoris nullo modo subiiciatur suo corpori, nec ab eo dependeat, sed totaliter ei dominetur, non amplius opus habet, ut quod intelligit ad phantasmata convertatur. art. 5.

An Christi Humanitas habuerit etiam scientiam acquisitam.

Articulus 3tius

An Christi Humanitas habuerit etiam scientiam acquisitam.

29 Scientia acquisita est, quae acquiri potest et connaturaliter acquiritur successive per proprios actus, licet subinde etiam simul his infundatur divinitus; quo casu dicitur scientia infusa per accidens. hanc etiam Christo fuisse, communiter cum S. Thoma tenent theologi, eo quod hic quoque modus cognoscendi una quidem ex parte sit valde proprius naturae humanae, altera vero ex parte neque cum dignitate Christi pugnet neque cum scientia illius beatifica et infusa, nec denique cum officio Redemptoris. Dubium solummodo est, an Christus hanc acquisierit successive dependenter a propriis actibus, an vero ipsi fuerit divinitus per accidens infusa simul tota in primo instanti suae conceptionis.

30 Dicendum Christum hanc scientiam acquisivisse successive per proprios actus. ita S. Thomas quaest. 9. art. 4. et communiter alii.

Ratio est quia ut S. Doct: discurrit, nihil eorum, quæ Deus in nostra natura plantavit, defuit humanitati Christi. Semina autem in nostra natura praeter intellectum possibilem, sive receptivum specierum et intellectum plantavit item intellectum agentem, cujus munus et operatio propria est facere species intelligibiles actu abstrahendo eas à phantasmate, seu generare species intellectuales dependenter à speciebus et cognitionibus phantasticis, easque tum singulares tum universales: ergo talis intellectus fuit etiam in natura humana Christi, et consequenter acquisivit hoc pacto species intellectuales dependenter à phantasmate, et quidem successive, prout ipse successive dependenter à sensibus species et operationes phantasticas acquisivit. hoc autem est scientiam acquisitam successive per proprios actus comparare. Confirmatur hac ratione magis expresse explicant textus Scriptura, quibus Christus profecisse dicitur sapientia et interrogasse de aliquibus, et ea respondisse non aliqua quæsisse.

Obj. 1mo. Si Christus scientiam acquisivisset, posset dici ab hominibus aliquid didicisse, et creaturam habuisse pro magistro: hoc videtur esse indignum Christo. R. hoc sustinere admodum loqui Apostoli sine absurdo quod sequela, si per hoc quis dicere aliquid vel intelligat, quia aliunde scientiam dependenter ab aliquo dictis comparare. verbis tamen sequela negatur, quia ille tunc dicitur proprie discere aliquid ab altero, qui acquirit scientiam rei sibi prius incognitæ, quod non cadit in Christum, qui omnia habuit scientiam beatam tum infusam eamunde verum quarum scientiam acquisivit dependenter ab dictis ab omni homine. 31

Obj. 2do Utrumque habuit scientiam infusam per accidens, quod non est hoc Christo negari. R. nego cons. Utrumque enim fuit positus in statu ~~[illegible]~~ viuli, et indigebat praestante scientia nec aliunde habuit aliam sufficientem, quale tamen ab 32

309 Tertio status Christi per visione beata et scientia
scientia per se infusa cognoscens quidquid Adamus
cognovit per scientia infusa per accidens et multo
adhuc plura.

33 Obj. 3: Beati praeter visione et scientias supernaturales
habent etiam scientias naturales saltem per accidens ipsis
infusas, si eas in hac vita non acquisiverunt: ergo Christus
easdem habere debuit in primo statim instanti quo
iam tum erat beatus. R. nego cons. nam sicut Christus
corpus gloriosum, alias sibi debitum, habere noluit enim
[illegible] ut magis se modo agendi humano conformaret
ita pariter successive acquirere voluit scientias modo
humano comparabiles.

34 Obj. 4: Scientia Christi saltem per experientiam acquisita
fuisset valde exigua, et multo minor quam Adami et
Salomonis, quia non adeo multam experientiam
habuit: hoc videtur inconveniens. R. nego majorem enim
[illegible] quaest. [illegible] aut uno ad unum alt: scientia enim
acquiri potest non solum per experientiam ipsarum sed etiam per expe-
rientiam aliarum rerum, cum ex virtute luminis intellectus
agentis possit homo procedere ad intelligendum effectus per causas
et causas per effectus et similia per similia et contraria
per contraria. unde licet Christus non omnia fuerit expertus
ex his tamen quae expertus est, in omnium devenit notitiam.
Ita S. Doctor.

35 Obj. ultimo Christus in scriptis sua [illegible] fuit
perfectissimus quoad omnes proprietates naturae humanae: ergo etiam
in scientia humana. R. dist. ant. fuit perfectissimus quoad omnes
proprietates naturae humanae eo saltem modo quo [illegible] pro illo
statu convenientes debebantur naturae. Con. non eo modo, quo

300 310

Ita debebant nãc pro quo cunqz statu oblatis ... ...
quaestio 13. de Adoratione Christi.

Quaestio 13tia

De Adoratione Christi

Adoratio est honor alteri exhibitus in protestationem nostrae erga illum 1
submissionis ob aliquam eius excellentiam. Minus late patet adoratio quam
honor; hic enim etiam aequali exhibetur, illa vero superiori, et quidem strictissime
sumpta exhibetur soli Deo. ad adorationem varii actus concurrunt. 1mo apprehensio
de alterius excellentia. 2do iudicium de submissione illi ob eam excellentiam
debita: 3tio voluntas se submittendi et signum aliquod practicum istius submissionis
exhibendae. 4to exhibitio talis signi ut genuflexionis inclinationis etc.
atque in his postremis actibus duobus formaliter consistit adoratio. in 3tio
quidem tanquam in actu interno imperante. in 4to vero tanquam
in actu externo imperato. ita ut 2 priores actus se habeant
tantum praesuppositive. etc.

Obiectum materiale quod adorationis est signum practicum submissionis, obiectum 2
materiale cui est persona cui exhibetur submissio. obiectum formale propter quod,
est ingenies personae excellentia propter quam ei submissio exhibetur etc.

Dividitur adoratio ex parte actus in internam et externam. interna est, quae 3
sistit in actu interno, qualiter Angeli adorant Deum. externa est, quae
adhibet externum aliquod submissionis signum ut genuflexionem inclinationem
capitis etc.

Dividi quoque solet adoratio in absolutam et respectivam. illa est qua
colitur res propter excellentiam propriam quam habet in se, ista vero qua colitur 4
propter excellentiam alienam, ad quam habet speciale ordinem, quo modo
adoratur Crux Christi, reliquiae et imagines sanctorum

...iburgi Brisgoia 9a die octobris 1713
ubi omnes in timore maximo erant propter globos tum igneos
tum alios, qui per totam Civitatem volabant etc.

311

5. Demum dividitur a p̃te p̃sonæ cui exhibetur adoraõ in Latriam, Duliam, et Hyperduliam et politicam. Latriæ quæ soli Deo exhibetur ob increatam et infinitam ejus excellentiam. Dulia e, qua coluntur sancti ob excellentiam supernaturalem creatam, quia vero hos inter eminet B. Virgo titulo Maternitatis, ideo illi specialis cultus debetur et est Hyperdulia. Politica e quæ defertur viris principibus sapientibus ob propriam sapientiam aut aliquam aliam excellentiam naturalem. sic Abraham dicitur adorasse filios Heth Gen: 23. et Saba Regem David Regum 1.

Articulus IIIus

De Adoratione Christi et Eius Humanitatis

6. Dicendum p̃mo de fide e hunc hoẽm seu hanc p̃sonam, quia e Christus, adorandam e Cultu Latriæ, sic enim Joan: 5 dicitur ut oẽs honorificent filium sicut honorificant Patrem. Isaiæ 45 mihi curvabitur oẽ genu, quem locum de Christo exponit S. Paulus ad Romanos 14 et ad Philippenses, et Joan. 20. S. Thom. adorans dicit Dñus meus et Deus meus. Raõ vero e, quia hic hoõ Christus simpliciter e Deus. Deo autẽ debetur Cultus latriæ: ergo etc.

7. Dicendum 2do ipsa enim humanitas Christi adoranda e cum verbo cultu latriæ, ita ut humanitas una cum verbo latria terminet tanquam partiale illius obtum, non quidem propter se sed propter increatam excellentiam verbi cui unita e. Conclusio e communis ac certa, et juxta aliquos etiam de fide ex Synodo 5 Can: 9. ubi dicitur anathema ei, qui non una adoratione Deum verbum incarnatum cum ejus Carne adorat, et ex 4 Synodo actione 5. asserente non separandum e humanitatem a divinitate, cum adoratur Christus, sed utramque ut unum adorari Latria. constat etiam ex testimoniis Patrum inter quos S. August: in psalmo 98 nemo inquit Carnem Christi manducet nisi prius adoraverit. S. Damascenus lib. 4 de fide Cap: 3 docet Carnem quidem e per se inadorabilem, ut verbo autem conjunctam simul eadem adoratione adorari, non enim inquit, Carnem nudam adoramus, sed Carnem Dei id e incarnatum verbum. Raõ vero e quia humanitas cum verbo indissolubiliter constituit unum et idem ee p̃sonale, ad quod indivisibiliter

Adoratio dirigitur, ipsique una cum verbo partialiter terminat adoraoem.

Obi: ino cultus latriae nulli debetur creaturae sed soli Deo. humanitas autem unita 8
verbo remanet creatura: ergo. R dist. maj. nulli creaturae quae non constituat personam
divinam cui non competit cultus latriae conc. si constituat personam divinam nego majorem
et assumpto tum sequitur quod latria non debeatur humanitati ut obiecto imario qualiter
debetur Deo: sed tamen ut secundario et concomitanter ad imarium propter increatam
excellentiam ipsi per unionem hypsticam cum verbo communicatam; quamvis enim
humanitas Christi adoretur una cum verbo cultu latriae non tamen adoratur eodemmodo
quia verbum est obiectum imarium ac per se adorationis non solum reale sed etiam formale
cum adoretur propter increatam excellentiam sibi intrinsecam, humanitas autem est
obiectum tantum secundarium et velut per accidens, ut pote quae solum adoratur
concomitanter quatenus est aliquid personae, quae per se directe adoratur, unde
post S. Epiphanium multi dicunt humanitatem Christi coadorari potius, quam
adorari. itaque humanitas ratione unionis consequitur dignitatem ut omnibus purae 9.
creaturae quamvis nobili et oibus possibilibus sit anteponenda, ac prae
illa ac supra illa colenda. Porro cultus latriae praecisime differt
a cultu duliae per hoc, quod cultus duliae praeferamus quidem
sanctos nobis, sed non propterea unum sanctum alteri. Cultus hyper
duliae praefert B. virginem oibus caeteris puris creaturis
non habentibus dignitatem Matris. Cultus vero latriae ita se
submittit Deo, et cuique per unionem cum Deo deificato, ut protestetur
illum super oes creaturas a se efferri. et hoc ipso cultus
soli Deo debetur.

Obj. 2do si tota ratio adorationis est in verbo, tunc humanitas solum 10
adoratur respective sicut crux aut imago Christi propter excellentiam
exemplaris tantum colitur respective. R. nego sequelam et paraem
crux enim aut imago non constituit exemplar sicut tamen persona
divina constituit humanitas

* 313

11

Obj. 3. Humanitas Chri ē minꝰ Sancta quã Verbum: ergo nõ pt æqlr adorari cum Verbo. R. dis: ant. Humanitas Chri in abstracto ē minꝰ Sancta quã Verbum Con: in concreto seu prout ē unita Verbo dis: ē minꝰ Sancta spectando modũ hbendi sanctitã Con: spectando ipsã sanctitã hbitã nego ant. R. 2. dis Con: nõ pt æqlr adorari spectando actũ internũ et motivũ adoraõis Con: spectando actũ externũ et objũ mãale adoraõis nego Con: actꝰ enĩ externꝰ nõ pt separare huãtã à Verbo.

Quæstio ultima
De
Comunicatione Idiomatum
Articulus imꝰ
Quid sit Comunicatio Idiomatum
An
Detur in Christo
Et
Qualiter dirigat